1506

et per omnia cassat, tollit, mortificat, sibi suisque successori-
bus ratione præmissorum perpetuum imponendo silentium.

Gnosi Pocillator Syradiens[is] ab Vna, et Capitaneus Taborowiens[is] suo atque Contis suæ Nomine Partes ab Altera Complanationem Certam Amicabilem Inter se. ROBORANT.

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis præsentibus Castrens[ibus]
Capitaneal[ibus] Premysliens[ibus] Gnosi Andreas Modrzeiowski Pocillator
Syradiensis Capitaneus Medicensis ab Vna, et Petrus Janicki Capitaneus
Taborowiensis partibus ab altera sani mentibus et corporibus exi-
1165 stentes à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis qui-
busuis propriis, et Competentibus recedendo, Præsenti iuri Castrensi Capitaneali
Premysliensi se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibusque quo
ad Actum hunc attinet totaliter et plenarie Incorporando, atque Subji-
ciendo palam, publice, libere, ac per expressum Recognouerunt et
quilibet suo pro Interesse Recognouit. Quia ipsi et quidem Gnosus
Capitaneus Taborowiensis suo, et Gnosæ Teressiæ de Zahodow Consortis
suæ legitimæ, pro cuius ratihabitione cauet, et se præsentibus Inscribit
Nominibus) Sibi mutuo et inuicem Complanationem certam amicabilem
inter se Recognoscentes ratione certarum rerum et Conditionum in eadem Com-
planatione Contentarum, de Actu et Datæ illius hic Premysliæ die Decima
Quinta Maij Anno præsenti Confectam conscriptam manibus suis Recogno-
scentium propriis, et certorum Amicorum ibidem specificatorum Subscriptam
Vna Pars alteri, ac posteris utriusque Partis, se ac suos successores
in et super bonis suis generaliter omnibus, Summisque quibusuis
pecuniarijs habitis et habendis Inscribunt et Obligant, Omnibus

vi

In Omnibus et Singulis eiusdem Complanationis Conditionibus, punctis, Clausulis articulis, Vadio, ligamentis, ac Nexibus in Universum Omnibus firmiter tenere, Complere, Exequi ac inviolabiliter Observare Omnibusque et Singulis ittis contentis, tam in toto, quam in quavis minima parte Satisfacere Complanationem praefatam ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam, et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad Complanationem praefatam Vicissim in toto referendo Idque Sub Vadio Summae Duorum Millium Centum Septuaginta Octo florenorum polonicalium per partem Parti cum Successoribus utriusque Partis ob non Completionem Contentorum Complanationis praefatae Omnium et Singulorum tam in parte, quam in toto toties, quoties opus fuerit ad Solvendum Succumbendum. Nihilominus Suprascriptus Generosus Capitaneus Taborowiensis Unus Recognoscentium Debebit, et tenebitur prout se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus, ac Summis quibusvis pecuniariis habitis et habendis Inscribit, et Obligat praesentibus praefatam Generosam Teresiam de Zachodow Janicka Consortem suam legitimam cum Assistentia dicti Recognoscentis vel in eventu Mortis Successores ipsius ad Approbandum per ipsos Inscriptionem praesentem Roboratoriam vel Similem huic sub pro Interesse faciendam ad Acta quaevis authentica Regni Vim perpetuitatis habentia in se, intra decursum duodecim Septimanarum Statuere, et personaliter adducere, ab eaque vel eius Successoribus, ut praemissa debite exequantur efficere. Idque Sub Simili alio et Seorsivo Vadio Summae Duorum Millium Centum Septuaginta Octo florenorum polonicalium per eundem Recognoscentem Generosum Petrum Janicki Capitaneum Taborowiensem vel ittius Successores praenominato Generoso Andreae Modrzeiowski Pocillatori Hyradiensi aut eius Successoribus ob non Statuitionem memoratae Consortis suae vel in eventu Mortis Successorum ittius ad exequenda praemissa intra tempus praefixum ad Solvendum Succumbendum. Pro Quibus quidem Vadiis vel Vadio modo praemisso ad Solvendum Succumbitis ac re aliqua principali ex praemissis non Completa Complenda Citata existens Memorata Pars Una praemissa non tenens cum suis Successoribus. Ad Instantiam Partis alterius praemissa tenentis

et

1500

et Complentis sive ittos Successores ad Officium praesens Castrens Capitl Premysliens extunc Recessu Suprascripto, quo ad Respondendum spectat Mediante Semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio, Stare, Juri parere, Respondere, Vadium, vel Vadia praetacta luere, Inscriptioni praesenti Satisfacere, ac omne iudicatum pati Debebit, et tenebitur. Seque ac suos Successores ad eadem omnia Inscribit et obligat praesens. Illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde Consequentes Causa eiusdem Terminos Semper peremptorios Vera infirmitate, pro maiori Minorenni Successorum, legatione intra vel extra Regnum, Servitio militari, ad Munimenta, ad Quictionem vel aliis quibusvis Dilationibus, et legalibus Impedimentis non Differens. Ad Quietationem ultra proximos Officii praefati Castrens Premysliens Terminos Dilationem Sibi non Recipiens. Nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, praemissaque omnia quovis simplicibus, vel implicatis, Cessationibus, Suspensionibus, fatalis Juris Praescriptione terrestri, belli, Convocationeque, ac alys quibusvis Juris remedys, et defensis, non subterfugiendo, nec alio quovis modo evadendo. His suis praesentibus personalibus Recognitionibus ad praemissa omnia et singula Mediantibus.

Gnosus Janicki suo et Conthoralis suae Nobilis Gnosum Modrzelowski Quietat. Eandemque Statuet.

1168 Comparens personaliter Coram Officio, et Actis praesentibus Castrens Capitalibus Premysliens Gnosus Petrus Janicki Capitaneus Saborowiens Sanus mente et Corpore existens, à Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis, quibusvis propriis et Competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitali Premysliens Seculi Successoribus, Jure